



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 3. Strigoniensis Archiepiscopus Constantiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1417.

§. III.

*Strigoniensis Archiepiscopus Con-
stantiæ.*

*Vander
Hardt to 4.
p. 1092.*

Post Cæsaris adventum ad publica ne-
gotia rediere Patres, & ante omnia
Joannis Parvi caussam discusserunt, quam
reformationis cura exciperet. Joannes
Gersonius prima Februarii die sermonem
habuit, quo Synodum impense rogabat,
ut damnatis novem Joannis Parvi propo-
sitionibus sacram Principum Majestatem,
vitamque a rebellium subditorum insul-
tibus tueretur. Biduo post Archiepisco-
pus Strigoniensis, Hungariæ Primas,
Cancellarius regni, & supremæ Curiae
Princeps Constantiæ advenit, perhono-
rifice exceptus. Huic urbem intranti
unacum duobus Cardinalibus obviam
ibat Imperator. Die vero sexta Februa-
rii publice perlegebatur Gersonii tracta-
tus *de Auctoritate Concilii & potestate Ec-
clesiæ*. Hoc opusculo, ut ita dicam, præ-
ludebatur Concilii deliberationibus de fu-
tura Benedicti depositione, electione
Pontificis, & reformatione Ecclesiæ in-
stituendis, denique de Sessione proxima
agebatur.

§. IV.